DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Zinseintreibung

Pfarrarchiv Kematen

1.1.1485

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7205.A5

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-65463

Visual Library

Cristianus Cirver in decretis licen in spiritualibus
Calbe vicarius commissarius generalis

Universis et singulis presbiteris curatis et non curatis quibuscumque per diocesem Verdensem ubilibet constitutis qui presentibus fuerint requisiti aut alter
vestrum fuerit requisitus Salutem in domino Conquesti sunt nobis dilecti in christo vitrici fabrice ecclesie Sancti Viti in Tremnitz plebis
Thalern · Halberstadensis quamplurimi ipsi ecclesie ex testamento et aliis debitoribus liquidis debitis / qui sua eciam statuto tempore solvere differunt et pro-
traxerunt attemptant in preiudicium ecclesie non parvum atque iacturam debita eis instanciam petentes / quatenus dignaremur eis in hac parte de remedio
oportuno providere Et quia peticio presens tanto singulari studio de nostro ordine suscipienda et favorisanda sit Quare vobis et cuilibet vestrum
committimus et mandamus, quatenus ad instanciam dictorum vitricorum seu provisorum prefate ecclesie et cuilibet eorum successorum moneatis et requiratis omnes
et singulos debitores liquidis debitis in genere et in specie simul vel successive quos sua debita ostendunt aut alter eorum ostendit Quos
et nos et quemlibet eorum presentibus sic monemus et requirimus ac sub excommunicacionis pena precipimus ut infra spacium viginti quatuor
dierum ab insinuacione presentium ipsis vel alteri eorum facienda facta / quorum octo pro primo octo pro secundo et reliquos octo dies pro tercio
et peremptorio termino ac omni dilacione et canonica ammonicione assignamus De eorum aut alias debitis in effectu satisfaciant et satis
faciant / aut aliis amicabiliter se cum predictis vitricis sive provisoribus componant et concordent / quod si id in prescripto termino facere neglexe-
rint et distulerint contradicti aut alter eorum neglexerit et distulerit Mox lapso termino canonica monicione premissa ex nunc prout ex
tunc in hiis scriptis sua excommunicacionis sentencia ac alterum eorum innodamus Demandantes vobis et cuilibet vestrum prout supra Omnes et sin-
gulos sic excommunicatos aut excommunicatum singulis diebus dominicis et aliis festivis publice in ambone denunciari donec et tamdiu
aliud a nobis desuper habueritis in mandatis De execucione vero presentium nos certificare studeatis Presentibus tunc ad annum duntaxat
valituris Anno domini mcccc xxxv quinto Datum Calbe sub sigillo nostro secreto prima Januarii Anno prescripto

72

1485 I 1